

saepe quoque eosdem
 filium vitae mortalibus ocyus tardius rupisse,
 obseruantes d),
 ἀπὸ τῆς κλιμακτῆρος, hoc est, a scalae gradu
 annos hos climactericos adpellarunt,
 addito tamen discrimine,
 vt alios leuiiores e),
 alios vero,
 scilicet quadratos f), et ex concursu vtriusque climacterici simplicis
 prodeuntem, g)
 grauiiores ducerent.

A 2

Istud

d) Censorinus de die nat. c. 14: Proxime videntur accessisse naturam, qui hebdomadibus humanam vitam emens sunt; sere enim post septimum quemque annum articulos quosdam, et in his aliquid noui natura ostendit: vt et in elegia Solonis cognoscere datur: ait enim, in prima hebdomade dentes homini cadere; in secunda, pubem apparere; in tertia, barbam nasci; in quarta, vires; in quinta, maturitatem ad stirpem relinquendam; in sexta, cupiditatibus temperari; in septima, prudentiam linguamque consummari; in octaua, eadem manere, in qua alii dixerunt oculos albescere; in nona, omnia fieri languidiora; in decima, hominem fieri morti maturum, tamen in secunda hebdomade, vel incipiente tertia, vocem crassiores, et inaequabilem fieri. Et deinde: Plato (venia ceterorum) philosophus sanctissimus, quadrato numero annorum vitam humanam consummari putauit nouenario, qui complet annos octoginta et vnum. Fuerunt etiam, qui vtrumque reciperent numerum, vndequinquagesimum et octogesimum vnum: et minorem nocturnis generibus, maiorem diurnis adscriberent. Plerique aliter moti, duos istos numeros subtiliter discreuerunt, dicentes, septenarium ad corpus nouenarium ad animum pertinere. . . . Itaque primum κλιμακτῆρος annum quadragesimum et nonum esse prodiderunt; vltimum autem octogesimum et vnum; medium vero ex vtroque permixtum, anno tertio et sexagesimo, quem vel hebdomades nouem, vel septem enneades conficiunt. Hunc licet quidam periculosissimum dicant, quod et ad corpus, et ad animum pertineat; ego tamen ceteris duco infirmiores. Nam vtrumque quidem supra dictum continet numerum, sed neutrum quadratum: et, vt est ab vtroque non alienus, ita in neutro potens: nec multos sane, quos vetustas claros nomine celebrat, hic annus absumsit.

e) Censor. de die natali c. 15.

f) i. e. 49 et 81.

g) i. e. 63.